



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio quadragesimasecunda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I. Distinctio, XLII.

5 AD PRIMVM argumentum dicendum est quod esse praedestinationem totaliter dependet a voluntate diuina. Totalis etiam effectus praedestinationis ex parte nostra causam non habet, & ideo his duobus modis non iuuatur praedestinatione ut dictum fuit, aliquis tamen particularis effectus praedestinationis bene dependet ab aliquo quod est ex parte nostra, & talis bene iuuatur precibus propriis & alienis, & tunc non oramus ut diuina voluntas immutetur, sed ut diuinum volitum per orationes nostras vel alienas tanquam per causas medias implatur.

6 Ad secundum dicendum quod siue fiant orationes pro omnibus vniuersaliter, siue pro quibusdam in generali, non descendendo ad certas personas, siue fiant pro aliquibus singulariter non frustra fiant, cum enim oramus pro omnibus generaliter intelligendum est pro illis quorum nomina iam scripta sunt in libro vita, & licet certum sit quod hi saluabuntur, tamen salus eorum ordinata est euenire medianibus orationibus. Idem dico quod si oratio pro quibusdam in generali non descendendo ad certas personas. Quando autem fit pro certis personis fit ut aliquis effectus praedestinationis compleatur in eis mediantebus orationibus nostris, licet enim totalis effectus praedestinationis in quoque non habeat causam nisi diuinam voluntatem, tam multi particulares effectus causam habent mediante quam implentur.

## DISTINCTIO XLII.

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

**N**unc de omnipotenti Dei. Superius Magister determinat de potentia eius. Et dividitur in partes duas. Primo enim determinat veritatem. (Ivniuersaliter diuina potest.) Secunda ponit opinionem quorundam limitantium eam. Secunda incipit in princ. 43. dist. ibi, quodam vero de suo sensu. Prima est presentis lectio. Et dividitur in tres partes. Primo mouet suam questionem. Secundum eam determinat. Tertio obicit per autoritatem & determinat. Secunda ibi: quod enim Deus omnia. Tertia ibi: ex quibusdam tamen autoritatibus. Et haec est sententia lectiois & divisionis in generali.

2 IN SPECIALI vero sic procedit. Et queritur primo quare Deus dicitur omnipotens, aut quia omnia potest, aut quia potest quicquid vult: postea respondet dices quod Deus dicitur omnipotens, quia omnia potest, oppositum tamen ostendit quod non omnia possit, quia non potest ambulare, loqui, & huiusmodi: & respoderet quod huiusmodi suam potentiam non evanescat, ita enim Deus operatur in nobis, posse vero peccare vel corrumpi non sunt potest, sed infirmitatis: & concludit quod Deus dicitur omnipotens, quia potest omnia facere & nihil pati. Postea addit autoritates per quas videtur probari quod Deus dicitur omnipotens, quia potest quicquid vult. Et responderet quod autoritates inducuntur, ad ostendendum quod voluntas Dei non impeditur, non quod in hoc solo sifstat ratio omnipotentiae. Et subdit quod omnipotens dicitur, qui potest facere quicquid factibile est, non autem quicquid facere vult, quia sic est omnipotentia vera: non ergo beatus Petrus & alii sancti habent omnipotentiam sicut deus, quia licet possint quicquid volunt se posse & se facere, tamen non possunt facere quicquid volunt fieri, sed deus potest facere quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Quicquid enim vult per se facit, vel per creaturam subiectam. Hanc etiam potentiam qua potest habet per suam naturam, non sic autem habet potentiam creatura: filius autem Dei potentiam habet tam per se quam per suu naturam, quanvis habeat eam a patre &c.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum potentia sit in Deo.

Tho. 1. q. 25. ar. 5.

**C**irca distinctionem istam primò queritur, vtrum potentia sit in Deo. Et videtur quod non, quia si in Deo est potentia vel est coniuncta actui, vel non, si non, cum potentia perficiatur per actum, potentia Dei est imperfecta quod est inconveniens. Si autem sic semper est actui coniuncta creature fuissent ab æterno, quod similiter est inconveniens, quare &c.

## Quæstio I.

1 Item secundum Philos. 9. meta. in bonis actus est meior potentia, sed Deo solum est attribuendum id quod melius est, ergo Deo debemus attribuere actum & non potentiam. cap. 2.

2 IN CONTRARIUM est quod dicitur Luc. 1. Feicit mihi magna qui potest est. Et arguitur quia omne quod agit, agit per aliquam potentiam actuam, sed Deus est causa agens respectu omnium rerum, ergo &c.

4 RESPONSO. Potentia diuinitus ab Aristotele, metu, in actuam & passiuam. Actiuam est principium transmutandi aliud secundum quod aliud. Passiuam vero est principium transmutandi ab altero secundum quod aliud: & potentia quidem passiuam non potest vniuersaliter diffiniri si propriè sunatur, & positiuē vocato transmutatione deductione alicuius de esse informi ad formatum: sed potentia actiuam potest vniuersaliter diffiniri si quod potentia actiuam est principium producuntur per simplicem emanationem nullo supraposito, producuntur quidem per potentiam actiuam agentis, sed non per transmutationem alicuius presuppositi, unde in eis non est potentia passiuam propriè positiuā accepta, sed tamen negari, scilicet non prohibito ad esse, propter quod non omni potentia actiuam respondet potentia passiuā propriè accepta, sed tantum potentia actiuam naturali quam solam intèdit diffinire Philos. Ex quo patet quod potentia actiuam ordinatur ad influendum aliquid alteri, & non ad recipiendum aliquid in se. Potentia vero passiuā econduetur ordinatur ad recipiendum aliquid in se, & non ad influendum aliquid alteri.

5 Hoc suppono dicendum est quod in deo est potentia actiuam, non autem potentia passiuam. Primum patet sic, illud quod importat perfectionem simpliciter in entitate & actualitate est Deo attribuendum, sed habere potentiam actiuam importat perfectionem simpliciter in entitate & actualitate, ergo &c. Maior de se patet, minor declaratur, quia nihil agit nisi secundum quod est in actu, actu autem ille est perfectior & potior quo aliquid est in se formaliter, & cōtinet aliud virtualiter quia ille quo aliquid est in se formaliter, sed nihil continet virtualiter, habens autem potentiam actiuam per illam est actus in se aliquid formaliter, & per ea continet aliud virtualiter, ergo habere potentiam actiuam importat perfectionem in entitate & actualitate, & haec fuit minor. Itē quod mouet nullo modo existens mobile & agit nullo modo existens agibile purissime habet potentiam actiuam, nam quod mouet motu vel mobile & quod agit ab alio tamen actum illud cum potentia actiuam per quam mouet & agit habet potentiam passiuam per quam mouetur & patitur, cum ergo Deus maneat summe immobiles existens, & agat nihil omnino patiens, patet quod in eo est purissima potentia actiuam.

6 Secundum si patet, cōnvertendo primā rationem, illud quod importat imperfectionem & diminutionem in actualitate & entitate non conuenit Deo, sed habere potentiam passiuam est huiusmodi, ergo &c. Minor declaratur, quia esse in potentia ad recipiendum aliquid in se est ex defectu entitatis & actualitatis quā dat ei illud quod in ipso recipitur, unde talis potentia siue sit separata ab actua siū coniuncta actui de se est imperfecta & indigens percipi per aliud. & haec fuit minor: sequitur ergo conclusio. Ex quo patet quod respectu actuum essentialium & intra manentium non est in Deo potentia realiter, neq; actiuam neq; passiuam. Non actiuam, quia actus eius transit in materiam exteriorem, intelligere autem & yelle non transeunt. Nec passiuam, quia illa omnino non est in deo, vt probatum est. Refat ergo quod in Deo tantum sit in potentia respectu actuum transeuntium in aliud, aliud dico, vel supposito tantum ut sunt potentia generandi & spirandi, vel aliud supposito & natura quod est propriè aliud, de qua solum nunc attendimus.

4 AD PRIMVM argumentum dicendum quod potentia actiuam Dei esse realiter accepta ad excludendum potentiam generandi & spirandi, de quibus nunc non loquimur (qua de eis satis dictum est in precedentibus) non temper est coniuncta actui, quia tunc sequeretur quod res fuissent ab æterno, vt probatum fuit supra dist. 32. quest. 1. Et quod dicitur quod potentia non coniuncta actui est

**Magistri Durandi de**  
est imperfecta. Dicendum est quod verum est de potentia  
passiva quae est ad recipiendum actum in se, non autem de  
potentia activa quae non est ad recipiendum aliquid in se,  
sed ad influendum aliquid alteri, & ideo actus eius non  
perficit eam vel agens, sed actum vel passum, quod non  
perficit nec agitur nisi potentia agentis coniungatur  
suo actu.

8 Per idem pater ad secundum, quia Philo loquitur  
ibi de potentia quae se habet ad actum receptiu[m], & haec est  
passiva vel ad ipsam reducitur. Hanc autem non ponimus  
in Deo, sed actuum tantum ideo &c.

**QVÆSTIO SECUNDA.**  
Vtrum potentia Dei se extendat ad omnia  
quæ sunt alii possibilia.

*Thos. i. q. 25. art. 3.*

**S**ecundum queritur, vtrum potentia Dei se extendat ad  
omnia quae sunt alii possibilia. Et videtur quod non,  
quia agere sequitur & supponit esse, sed deus non est quod alia  
sunt, ergo non potest agere quod alia sunt.

2 Item Deus non potest moriri, nec mori, nec peccare,  
& tamen creature talia possunt, ergo Deus non potest  
quicquid alia possunt.

3 **S E D C O N T R A.** omnis potentia derivatur a  
divina (secundum illud Rom. 15.) non est potestas nisi a  
Deo, sed quicquid est in effectu verius & perfectius est in  
causa; ergo quicquid potest quæcumque potentia creata, ve  
tius potest illud potentia divina.

4 Item videtur quod Deus possit non solum illa quæ  
sunt creaturae possibilia, sed etiam illa quae sunt ei im  
possibilia, quia Deus potest facere quicquid potest dici  
(iuxta illud Luc. i.) Non erit impossibile apud Deum om  
ne verbum sed ea quae sunt naturæ impossibilia possunt  
dici, ergo possunt a Deo fieri.

5 **R E S P O N S I O.** Videntur sunt duo quæ taguntur  
in argumentis. Primum est qualiter Deus possit ea quæ  
sunt naturæ impossibilia. Secundum est qualiter possit ea  
quæ sunt naturæ impossibilia.

6 **Q U A N T U M** ad primum sciendum est quod cum in  
Deo non sit potentia passiva, sed tantum actua ut ostendit  
fuit, ideo potest Deus facere quicquid respectu potentiam  
actuum soli, quod autem respectu potentia passuum soli,  
vel simili cum actua passuum non est Deo possibile.

7 Primum patet simili ratione ut prius, quia quicquid  
imporat dignitatem & perfectionem totum est Deo at  
tribuendum, sed creare actum quodcumque creabile perti  
nit ad dignitatem & perfectionem (perfecti enim est a gerere)  
ergo illud est Deo attribuendum.

8 Secundum sic patet, amota causa mouetur effectus,  
sed a Deo remouetur omnis potentia passiva, ergo ab eo  
remouetur omnis effectus ut respectu potentia passuum, ita  
quod in ipsum non potest reduci ut in passum, igitur effectus  
qui requiruntur in eo cui attribuuntur potentia passuum  
solum, vel cum actua passuum non possunt Deo attribui  
villo modo. Talia autem sunt omnia quae sonat in transmu  
tari, vel in acquisitione esse, aut amissione. De his enim est  
idem iudicium, quia generatio viuus est corruptio alter  
ius. Vnde Deus non potest ambulare vel correre, quia ista  
requiruntur in eo in quo sunt potentia passiva cum actua,  
mouent enim se ipsa, & ideo sunt mouentia & mota, nec  
Deus potest mori aut corrumphi, quia haec importat amissio  
nem esse prius habiti, & ita transmutatione que est se  
cunda principium passuum, sic de similibus. Hæc tamen  
licet non conuenient Deo subiecti sunt tam in aliis a  
Deo effecti. Peccare autem cum consistat in actu interio  
re, respectu cuius in Deo nulla est realis potencia, ut proba  
tum fuit, Deo attribui non potest ratione aliquius poten  
tia, nec secundum se, quia peccare est deficere a rectitudi  
ne rationis, defectus autem & imperfectiones non pos  
sunt Deo attribui, ideo &c. & sic patet primum.

9 **I T E M** quantum ad secundum, scilicet vtrum Deus pos  
sit facere quae sunt naturæ impossibilia, accipienda est quæ  
dam distinctio possibilium quæ ponit Philos., met. & est quod  
possibile dicitur duplicitate. Vno modo secundum aliquam  
potentiam activa vel passiva, sicut dicimus quod possibile est  
igni quod calefaciat manu, & possibile est manu quod cale  
fiat ab igne, quia in uno est potentia activa, in alio autem

**Sancto Porciano**

est passiva, & per oppositum dicitur aliquid impossibile  
propter defectum talis potentie, sicut impossibile est ho  
minem volare. Alio modo dicitur aliquid possibile non  
secundum aliquam potentiam, sed absolute secundum habi  
tudinem terminorum qui sibi inveniuntur non repugnant,  
sicut possibile est hominem esse animal, vel triangulum ha  
bere tres, & per oppositum dicitur aliquid impossibile ex  
repugnante terminorum, ut ternarium esse par, vel idem  
similis esse & non esse, & quecumque ex natura terminorum  
contradictionem important.

10 Hoc supposito dicendum quod deus potest quæcumque  
sunt possibilia secundo modo quanvis sint impossibilia  
primo modo, & impossibilia naturæ, quæ autem sunt im  
possibilia secundo modo (scilicet quæ contradictionem im  
plicant ex natura terminorum) non sunt Deo possibilia,  
non propter diminutionem, vel imperfectionem diuine po  
tentie, sed propter incompossibilitatem quæ est in re.

11 Primum patet, quia sicut potentia limitata & contraria  
est ad certum genus & ad certam speciem respondet pro  
objeto secundo modo limitata & contractum ad certum genus  
& ad certam speciem sic potentia limitata, nec contracta  
ad genus aut speciem respondet possibile illimitata nec  
contractum ad genus, aut ad speciem, sed potentia diuina  
non est limitata aut contracta ad genus aut ad speciem,  
ergo nec possibile est correspondens, tale autem est possibile  
dictum ex habitu terminorum. Istud enim sub se com  
prehendit primum possibile, & ultra hoc potest in omni  
genere & in omni specie formari. Posse ergo diuinum se  
extendit ad possibile contractum, sicut ergo Deus potest  
facere illa quae sunt naturæ impossibilia, quia tamen con  
tradictionem non implicant.

12 Secundum patet, quia illa non sunt factibilia simili  
quorum positio viuus est remota alterius, & econsum  
allo quin simul idem ponatur & non ponatur fieret  
& non fieret, sed illa quæ implicant contradictionem sunt  
huiusmodi, quia negatio remouet affirmationem, & con  
uerso, quare &c. Potest ergo deus quicquid contradictionem  
non implicat, & quia multa sunt impossibilia naturæ, non  
sunt quo ad genus facti, ut hominem volare, sed etiam quo ad  
modum faciendo (ut immobilitate de truncu fiat vitulus, vel  
quod subito & instanti de infante fiat sanus) que tam non  
implicat contradictionem vel repugnantia intellectus, ideo  
omnia talia sunt deo possibilia, & per eadem rationem deus  
potest facere omnem effectum sine causis secundis ageribus,  
quia causa secunda efficiens non est de intellectu effectus.

13 **A D P R I M U M** argumentum dicendum quod  
agere supponit esse nec ex hoc debet concludi nisi quod  
Deus prius intelligitur habere esse quam alia producere  
si debita forma arguendi seruitur, si tamen forma quæ in  
argumento ponitur, toleraretur potest dici quod Deus est  
illud quod alia sunt non formaliter, sed virtualiter in qua  
tum sunt in eo omnium effectus, & hoc sufficit ad hoc  
ut possit in omnibus actionibus quæ sic sunt quod nullo mo  
do sunt defectus vel passiones.

14 Ad secundum patet solutio ex dictis in corpore so  
lutionis.

15 **P R I M U M** argumentum quod est ad alteram  
partem concedatur, quia pro nobis est.

16 Ad secundum dicendum quod illud quod implicat  
contradictionem non potest esse verbum, quia nullus in  
intellectus potest conceperit contradictionis simul esse, ut pa  
tet ex 4. meta, verbum autem primò & per se pertinet ad  
intellectum, de aliis enim non dicitur nisi per compara  
tionem ad verbum intellectuale, ideo &c.

**D I S T I N C T I O X L I I I .**

Sententia literæ in generali & speciali.

**Q**uidam vero de suo sensu. Superius determinauis  
hic vero excludit errorem limitantium diuinam poten  
tiā, & primò quantum ad faciendam. Secundum quantum  
ad qualitatem faciendorum, Secunda incipit in principio  
44. dist. ibi, nunc restat. Prima est presentis lectionis. Et dā  
uidetur in tres partes. Primo ponit opinionem. Secundum  
ponit confirmationem. Tertio manifestat rationem. Secun  
da ibi, itaq; suam opinionem. Tertia ibi, faciemus itaque.  
Secunda istarum dividitur in duas partes, primò confirmat  
illorum